



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Quidam malunt non sani, quam non casti esse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Crucifixi effigies, qua in studiorum mensa consistebat, sedentem; qua parieti affixa, ambulantiem; qua in oratorio supplicantiem; duplex, qua in lecto, ad pedes altera, altera e lectica tholo jacenti imminens, ne ipsa quies à Cruce vacaret decumbentem commonefaciebat. Ita omni loco, quouis tempore, Christo suo commoriebatur.

Ut plura de robustissima eius patientia non proferam, illud tamen praterire non possim, quòd numeris omnibus eam legem expleuerit, quam S. P. Igaatius egris suis præscripsit. Qui egrotat, humilitatem & patientiam suam prae se ferendo, non minorem adificationem dum morbo laborat, ipsi, qui ipsum inuisent, & cum eo versabuntur & agent, quam dum valebat corpore, ad maiorem DEI gloriam prestare curet, verbis pijs, & ad adificationem facientibus, utendo, qua ostendant egritudine acceptari, ut donum de manu Creatoris ac Domini nostri; quandoquidem non minus donum est, quam sanitas. Et sæpe etiam maius, quia per morbos offertur occasio gratiæ diuinæ augendæ, itemque patientiæ exercendæ ac docendæ, nouorumque meritorum & graduum gloriæ adipiscendorum; nec non obedienciæ medicis præstandæ; itemque voluntatis suæ cum diuina confirmandæ, & actuum heroicorum amoris Dei eliciendorum. Quæ quia non ignorauit Lessius, tot miserias, & dolores, tamquam donum de manu Creatoris ac Domini nostri acceptauit, qui simul cum donis suis accedens facit, ut, sicut dona crescunt, ita quoque crescat vnio ipsa cum Deo. Sic ergo vnitus Lessius, idem voluit, idem noluit, quod Deus; maior patientiâ, quam scientiâ effectus, ut in æternum cum patientibus dicere posset: *Latati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus* Psal. 89. 15. & experti sumus mala; recepimus enim mala in vita nostra, cum Lazaro, ut in æterna vita vera æternaque bona recipiamus.

XVIII.

CAPVT XXXI.

*Patientia eorum, qui morbos, tamquam diuinum beneficium, amauerunt, & desiderauerunt.*



Emo alterum magis amat, quam qui eius causa nihil non aduersi sustinere cupit. Ardorem hunc suum expressit Petrus, cum dicere: *Domine tecum paratus sum* Luc. 22. 23. & in

R r 3

Jul. Nigron.  
in 17. reg. cō-  
mun. Sos.  
Issy. n. 10.  
Onuphr. Pa.  
nu. lib. de  
Cardin. cap.  
cū infirmi-  
tas, de pœnit.  
& remiss.

& in carcerem, & in mortem ire. Idem dixerunt, qui, castitatis amore, ægrotare maluerunt, quod de S. Casimiro, de S. Petronilla, deque alijs dicitur. *Novi Sodalem meum religiosum, ait Iulius Nigronus, cui Medicus extraordinarius Author erat, ut morbi cuiusdam depellendi causa, castitatem violaret. Stetit, ut debuit, inuictus: constanterq; tam fœdum non remedium, sed venenum repudiavit; imitatione Iacobi Cardinalis adolescentis, Lusitania rege nati: qui Anno 1459. à liminibus Apostolorum in patriam rediens. Florentia morbo retentus est. Vt ex eo conualesceret, medici parùm probi violationem castitatis suaserunt, sed non persuaserunt. Maluit enim mori, quàm fœdari; & qui cognomento Rosa dicebatur, ob suavisimos, ut opinor, mores: meritis est in celo candidorum coronam liliorum.* Nimirum eiusmodi Medici, valetudinis recuperandæ gratia, pro remedijs grauiissima peccata suadentes, causam dederunt, edicto grauiissimo Innocentij III. in generali Concilio, quod sic habet: *Ceterùm, cū anima sit multò pretiosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute, aliquid ægroti suadeat, quod in periculum anima conuertatur.* Anima enim plus est, quàm corpus, absurdum ergo est, animam perdi, ut corpus seruetur; & longè fatiùs est membra morbis, quàm mentem peccatis grauari. Vt autem castitatis, ita etiam aliarum virtutum causâ præstat corporis dolores pati. Itaque inuenti sunt, qui cū, sine alio se contaminandi periculo, sani esse possent; tamen meriti maioris causa, morbos non solum æquanimiter tolerauerunt à diuina prouidentia illatos, sed etiam à Deo poposcerunt, ut inferrentur.

II.  
Ferdinand.  
Meltio. in  
vita Mariæ  
Victoriæ I, 1.  
cap. 9.

Recens historia edita est, de quadam Mariæ Victoriz sorore Barbara, quæ septemdecim annis, in monasterio, nihil ferè aliud cogitauit, quàm de amore Christi, & amore patiendi aliquid ob Christum. Quamuis enim naturæ eam debilem ac submorbidam fecerat, identidem tamen, ex ardenti desiderio patiendi, Deum precari non desijt, donec tandem, duobus ante mortem eius annis, in peculiaris gratiæ argumentum, morbis grauiissimis eam lecto affixit. Quam gratiam eo animo acceptauit, ut non solum tolerantissimè dolores omnes perferret, sed etiam, ut ne gemeret quidem, ad morbi vim alijs quiritando expli-